



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 118. Gubernatrix ab Hispaniæ Rege milites conducere jussa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

Hochstrato Comitibus intererat, qui una omnes fidem fecere, quod Gubernatrix in urbe Bruxellenfi permanere velit, ea tamen lege, ut diligenter ca-veant, ne conciones in urbe habeantur, aut vis templis inferatur: præterea ro-gabat, ac præcipiebat Gubernatrix, ut Mansfeldio in omnibus obediunt: quod cum cives se facturos spoondissent, fi-demque obstrinxissent, vehementi me-tu suo paululum liberabatur: at mox ma-jore pavore consternatur, nuntio secreto allato, quod ab Oranio Antverpiam reverso potestas esset facta hæreticis, conciones in Urbe habendi, reliquos-que Lutheri, & Calvini ritus celebrandi, tribus propterea locis attributis: idem quoque Hochstratus, & Hornanus, seu Hornius Comites, ac prior quidem Mech-liniæ, & alter Tornaci, concesserunt: cum autem nec his quoque indulgentiis hæ-reticorum furor Antverpiæ, Amstello-dami, & Delphis sedari posset, hinc Gubernatrix Regem, ut in Belgium contenderet, vehementer urgebat.

§. CXVIII.

Gubernatrix ab Hispaniæ Rege mi-lites conscribere jussa.

Tandem Philippus crebris adeo solli-citationibus expugnatus datis lite-ris Sorori suæ præcepit, ut tria millia equi-

equitum, peditum vero decem millia
conscriptibenda curaret in Germania, eos-
que milites duorum mensium stipendiis
solutis, paratos habeat, usquedum
accersendi fint in Belgium.

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

Postea Nobiles hisce copiis præficien-
dos Rex nominabat, simulque pro fin-
gulis literas delati muneris testes Gu-
bernatrici mittebat, præter trecenta
nummum aureorum millia, quos illa
dividere jubebat partim in hosce mi-
litum Ductores, partim in alios, si aut
plures, aut alii istorum nominatorum
loco feligendi videantur, in quem usum
aliquot Syngraphas Regio nomine
munitas adjungit: denique ne quis
Germanorum Principum eum copiarum
apparatum secus interpretaretur, ad
illos quoque consilii sui rationem scri-
bit, missis gubernatrici literis: præ-
cipue vero Maximilianum II. Cæsarem
epistola, & verbis sui apud illum ora-
toris rem ipsam docet, rogatque pro
ea, quæ inter illos intercedit, amoris,
sanguinisque conjunctione, ut juvet
authoritate sua eum militum, Ducum-
que delectum. Ast Cæsar, quia in-
audierat, inter Gubernatricem, & No-
biles foederatos jam de pace convenisse,
laudato consilio arma tamen, delectum-
que dissuasit: nam semetipsum in hisce
dissidiis pacis conciliatorem Guberna-

Oo 2 trici

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

trici offerre videbatur: cum autem Imperator eo jam esse ventum cerneret, ut cum armata factione nihil absque armis tuto componi possit, tandem omnibus Regis Hispaniæ petitis concessit, ac edicto hanc in rem promulgato, impositaque capitis pœna vetuit, ne quis Germanorum militatum iret adversus Hispaniæ Regem: præterea Trevirensis, & Moguntinus Electores copias adversus rebelles conducendi consilium approbabant, feque operam quoque suam collatuos spondebant, nec minus id rescribebant Catholici Germaniæ Episcopi: inter ceteros vero Principes Bavariæ Dux majori Religionis studio accensus ipsum quoque Regem sollicitabat, nequid in ea occasione omittaret: ast a Confessionis Augustanæ Principibus longe contraria scribabantur; nam & Hassiæ Landgravius, & Dux Wirtembergensis excusata Religione, qua Belgis eandem profitentibus nocere impediebantur, Gubernatricem hortati sunt, ut eadem depositis armis ab Augustana Confessione, atque a conscientiæ libertate remedium unice quæreret: omnium tamen confidentissimus plurimis sane verbis scriptus Palatinus Comes, Fridericus tertius, qui se novi Evangelii tutorem per Germaniam venditabat, nec enim

solum

solum Belgarum caussam apud Guber- Sæcul. XVI.
A.C. 1566.
natricem egit, atque eorundem inno-
centiam commendavit, sed insuper Ro-
manum Pontificem, cultumque sacra-
rum imaginum, & Inquisitorum Tyran-
nidem execratus denique conclusit,
obstringi se Religione, quo minus fra-
tribus suis confessionem Augustanam,
purumque Dei verbum sectantibus
adversaretur: Ceterum Galliarum
Rex ad Gubernatricis preces edictum
promulgat, ne quis suorum armis tue-
retur rebellium Belgarum partes: ea-
propter Philippus plenas gratiarum li-
teras ad eundem dedit, simulque So-
rori suæ scripsit, quod rebus suis Ma-
driti compositis in Belgium profectu-
rus esset.

§. CXIX.

*Fœderati Teneramundæ circa Hispa-
næ Regis adventum delibe-
rantes.*

Turbatis hoc nuntio Fœderatorum Thuan. &
Strad. l. c.
animis Princeps Oranius, Ludo-
vicus Nassovius ejus frater, Comites
Egmontius, Hochstratanus, Horna-
nusque Teneramundam quandam inter
Antverpiam, & Gandavum urbem ve-
nere, ibi quid singuli de adventu Regis
accepissent, communicaturi, capturi-
que inde de rei summa consilium, porro

Oo 3 inter